



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**D. Haymo-//nis Episcopi Hal-//berstattensis De
Chri//stianarum rerum memoria li-//bri decem**

Haimo <Halberstadensis>

Coloniae, 1531

VD16 H 224

Commendatio Titi. Cap. XI.

urn:nbn:de:hbz:466:1-29805

HAYMO DE CHRISTIA.
NOVVM PORTENTVM.

Caput IX.

Vitula quoq; sacrificijs admota in die festo azy-
morum inter manus ministrorum enixa est
agnum. Porta vero interioris ædis ærea, cum
ranti pōderis vt vix à xx. viris clauderetur, esset, vecti-
bus & seris munita, nocte vltro patefacta est. Visi etiā
currus & armatorum cohortes in aërem ferri, & alia
multa quę non faciunt ad huius operis compendiū,
maxime cum res Christianas prosequi debeamus.

Caput X.

Igitur subuersa Hierusalem non multo post mar-
tyrium Iacobi, conuenientibus apostolis in vnum,
& propinquis domini secundum carnem, Simon
filius Ioseph communī consilio in episcopū surrogat,

E G E S I P P V S D E S Y M O N E

Hierosolymorum episcopo

post Iacobū. Cap. XI.

Intraea Vespasianus moritur, Titus filius eius suc-
cedit imperio, princeps militaris, pius, sapiens, bel-
licosus, qui in tantum facundus fuit vt causas lati-
ne ageret, poemata & tragœdias græce componeret.
BEDA. Tantum aut̄ bellicosus fuit, vt in expugnati-
one Hierosolymę præcipue inter optimos extiterit p̄
liator. Tantum autem imperio bonus ac clemēs fuit,
vt nullum omnino puniret, sed etiam cunctos aduer-
sum se coniurantes dimitteret, & in ea familiaritate
quam prius habuerant retineret. Dicebat enim inde-
corum esse aliquem contristatum recedere à facie im-
peratoris, cuius inter omnia fuit illud celebre dictum,

RERVM MEMO. LIB. III.

diem se perdidisse, qua nihil boni fecerit. Ita omnium virtutum generē mirabilis fuit, adeo ut amor & dilectio humani generis diceretur. hic non nocuit Christianis. Per idem temp^o Linus obiit Romanus pontifex, transactis in sacerdotio xij. annis. Cletus succedit.

TITVS REGNAVIT DVO bus annis & totidem mensibus.

Caput XII.

Titus moritur post duos annos imperij sui & duos mienses. Domitianus vero frater eius minor statuit imperio. Cuius quarto anno apud Alexandria obiit Ammanus, post xxij. episcopatus annos. Abilius succedit. Cletus vero Romanus pontifex & ipse xij: annis sedet, & transiens Clementi papatum reliquit. Aiunt autem qui de cathedra Romane ecclesie perscrutati sunt, quod Linus & Cletus non sederunt ut pontifices, sed ut summi pontificis Coadiutores, quibus beatus Petrus tradidit ecclesiasticarum rerum dispositionem. Ipse vero tantum orationi & prædicationi vacabat. unde tanta autoritate donati, meruerunt in Catalogo pontificum reponi.

PERSECVTIO DOMITIANI.

Caput XIII.

In terea Domitianus portio Neronis, eiusq^e impie tatis successor, Christianos valde persecutur, quoddam trucidat, quosdam bonorum direptione puniit, quosdā tradit in exilium, inter quos Flauiam Dominicillam egregiam virginem Christi, cuius gesta habentur, in insulam Pontiam deportari iubet, & beatū Iohannem euangelistam relegat exilio, ubi & Apoca-